

& oleum dī. Iſti autem deditur
temporalib; voluptatibus. ſem
p exardeſcunt cupiditati. nec
ſatiari poſſunt. & multiplici
atq; erumnoſa cogitatione
diſtenti. ſimplex bonū videre
non ſinuntur. Vir ergo fide-
lis exultat. & dicit.

In pace. in idipſum. dormiam.
& requieſcam.

Recte enim ſperatur. a talibus
omnino da mnis abalienatio
amortalib; rebus. & miſeriarū
ſeculi huius obliuio. que nom-
ne ob dormitionis & ſomni. de-
center. & pphēice. ſignificatur.
vbi ſumma pax nullo tumultu
interpolari poteſt. Sed hoc. p
hanc vitam ſperandū ē; qua
propter. congruenter. vltimū
adnectit & dicit.

Quō tu dōne. ſingulariter in ſpe
conſtituiſti me.

Bene aut ſingulariter. poteſt
enim referri aduerſus illoſ
multoſ. qui multiplicati a
fructu frumenti. & olei ſui.
dicunt. qui oſtendit nobis

bona. Perit enim haec multi-
plicitas. & ſingularitas tenetur
in ſe. De quibus dicitur. mul-
titudinis autem credentium.
erat anima & cor unum.

**EXPLICIT DE PSALMO LIII.
INCIPIT DE PSALMO QUIN-
TO. IN FINEM PRO EA QUAE
HEREDITATEM CONSEQUI-
TUR. PSALMUS DAVID.**

Intelligitur. eccleſia. quae ac-
cipit hereditatem inuitā ad-
nam. ponim nr̄m ih̄m xp̄m.
ut poſſideat ipſum d̄m. cui ad-
herens beata ſit. Secundū illud.
Dñs pars hereditatis meae.
Qua propter. uox eccleſiae ē.
vocat ad hereditatē. ut & ipſa
fiat hereditas dī.

VERBA MEA
AURIBUS PERCIPE
DNE. INTELLIGE CLAMO-
REM MEUM.

Bene oſtendit qui ſite ſit cla-
mor. quando quidem vox
corporis auditur. ſpiritalis
autem intelligitur;